SECTIO I. *Generalis.*

CANON I.

Rabbinorum sive Lingua seu Dialectus duplex est; una quæ ad Hebraicam, altera quæ ad Chaldaicam propius accedit. Quia tamen utraque in multis conveniunt, & aliàs sæpe in scriptis eorum commisceri solent, præstat eas conjunctim, quàm seorsim exponere.

Literas cum Hebræis & Chaldæis numero & potestate habent communes, figuram nonnihil diversam. Licet enim in Textu Talmudico eodem, quo Sacra Scriptura constat, quadrato caractere utantur; in Commentariis tamen & alibi magis rotundo & ad scribendi facilitatem composito uti solent. Utriusque convenientia & differentia ex subjecta patet tabula.

א א Aleph	ח ח Chet	ס ס Samech
ב ב Beth	ט ט Teth	ע ע Ajin
ג ג Gimel	י י Jod	פ פ Pe
ד ד Daleth	כ כ Caph	צ צ Tsade
ה ה He	ל ל Lamed	ק ק Koph
ו ו Vav	מ מ Mem	ר ר Resch
ז ז Sajin	נ נ Nun	ש ש Schin
		ת ת Tav.

C

Fina-

Finales totidem sunt, quot apud Hebræos, quarum etiam figuram æmulantur, hoc modo ך, ם, ן, ף, ץ, נ.

Dilatabiles in libris excusis nullæ sunt.

Duæ ם & נ à Rabbinis sæpe connectuntur hoc modo, ם, ut: םא pro םאֵל *Deus*, םאֵל *Israël* םאֵל pro םאֵל *sed*. Sic םאֵל *In intelligentia tua ne nitaris*.

Pronunciatio non eadem omnibus Judæis, sed pro nationum diversitate variat. Neque םאֵל Dages rationem semper habent, & nonnunquam literam duplicant non Dagesfatam. Tav Raphatum, præsertim finale, ut םאֵל à pluribus pronunciatur, e. g. םאֵל *daas, scientia*, םאֵל *keser, corona* &c.

Notandum quoque est, quòd Nomina Dei diversimodè scribant: nempe Tetragrammaton, vel cum Targumistis םאֵל, aut םאֵל vel םאֵל & abbreviatè םאֵל *nomen illud*, sc. excellentissimum, alterum verò םאֵל litera ם in ם vel ם detortâ םאֵל vel םאֵל expriment: id quod consuetam Judæorum superstitionem sapit.

§. 2. Puncta Vocalia cum Hebræis habent eadem, sed in libris rarò exprimunt; in iis sc. qui in rudiorum gratiam scribi solent. Cùm absunt, ex analogiâ colligenda sunt, ad quod frequens usus & peritia Linguae sanctæ multum confert. Ubi tamen difficilior conjectura esse posset, tribus literis םאֵל, quas *matres lectionis* vocant, lectorem juvare solent. Sic (1.) םאֵל notat *Kametz* in םאֵל *turpitudò*, םאֵל *confessum*, םאֵל *redemit eos*, &c. (2.) Vavindicat *Cholem*, *Kibbuz* & *Kametz chatuph*, ut: םאֵל *vocare*, םאֵל *visitans*: םאֵל pro םאֵל *omnes illi*, םאֵל pro

כַּהֲנָה *sacerdotium*, לְפָתְרוּ pro לְפָתְרוּ *ad explicandum illud* &c. (3.) Jod designat *Chireck, Tzeri, Segol*, & in Talmude aliquando *Scheva* tam compositum quàm simplex, ut: תְּפִילָה *precatio*, נִסַּר *annunciavit*, אִבְדָּה *perdidit*; sic פִּירוּשׁ pro פִּירוּשׁ *explicatio*: אֵלַי pro אֵלַי *ad me*, שֵׁנִי pro שֵׁנִי *secundus*, sed rarius, בֵּיה *in eo*, בְּרֵיה *pro בְּרֵיה filius ejus*, & sic perpetuò ad distinctionem affixi fœminini בְּרֵיה. Sic אִפְשָׁר pro אִפְשָׁר *possibile*, rarius. לְמִינֹת pro לְמִינֹת *in heresin*, הֵיכֹל דְּאִתְרֵי אִכְשֵׁי, *hoc est, quod dicunt homines.*

§. 3. Aliàs quiescentium אִתְּוִי eadem est ratio; quæ apud Hebræos. Unde Vav & Jod, si mobiles siant, sæpe geminantur, ut: וְעַד pro וְעַד *cætus*, כְּוֹדִי pro כְּוֹדִי *in confesso*, כּוֹכֵה *intentio*, עֲוִיָּן *res, sensus*, מְחַיֵּב *condemnatus*, תְּוִיָּן pro תְּוִיָּן *eris fœm.* &c.

§. 4. Vocalium & scheinatis tam simplicis quàm Compositi, nec non Diphthongorum ratio hîc eadem est, quæ apud Hebræos & Chaldæos. Eorum ergò loco peculiare Rabbinorum Metaplasmos exponere operæ pretium videtur.

§. 5. Sic הַּ sæpe absorbetur per Crasin, ut: אֶפְשָׁה pro אֶפְשָׁה *possom*, quasi *potens ego*. יָדַעְתָּ *scio*, etiam de fœminina per Enagallen in hac contractione frequentem. Sic in לֹא אֵת לֹא & לֹא אֵת *pro לֹא אֵת non est*. Eodem modo Judæis הַּ eliditur in תִּלִּים pro תִּלִּים *Psalmi*. Multò autem plura apud Hierosolymitanos hoc modo contrahi solent,

nempe ט in כילו pro כילו quasi, ות pro ות tu, ות pro ות quod tu, דאט pro דאט quod ego, והיידו pro והיידו quodnam est illud. He in לון pro לון illis. ח in חתי pro חתי sub. Daleth in קס, קס vel קס ante.

§. 6. Apocope apud Talmudicos frequens est, ut: בית pro בית domus, vel בין inter. Sic in Pronominibus tam separatis quàm suffixis וס pro וס vos. וס pro וס vos, vester, וס pro וס illis suis, sic in Fœminino וס pro וס, וס pro וס. Et in verbis, ut: דאט pro דאט docui, וס pro וס sustulistis, וס pro וס stans, &c. Sic וס pro וס septem, וס pro וס Sabbathum, וס pro וס sicut est, &c. reſecto ח.

§. 7. Aphæresis quoque occurrit, licet rariùs, in וס pro וס unus, וס pro וס Homo. Hierosolymitanis etiam וס pro וס ego, וס pro וס nos, וס pro וס dixit, ut: וס וס sunt qui dicunt, וס pro וס somedit, &c.

§. 8. & 9. Dages tam lene quàm forte ex analogia colligendum relinquunt: ubi tamen difficultior hariolatio, ut in Præterito Pihel, litera ח nota Chirek brevis simul Dages forte indicat, ut: וס pro וס texit, & in Defectivis litera, quæ ejecta erat, interdum restituitur, ut: וס pro וס ulciscetur à וס ulcisci.

§. 10. Apex unus uni literæ in fine adjectus plerumque numerum indicat, ut: וס unum, וס duo, וס tria &c. duabus autem vel pluribus, vocem truncatam per abbreviaturam quandam innuit, ut: וס pro וס dixit, וס pro וס dicere, וס pro וס Deus benedictus, וס pro וס cetera in abrupto Scripturæ loco, וס pro וס totum

illud, in sacro vel profano usu. Sic פ' pro פרוש *interpretatio*, vel פ'רש *interpretatus est*, ר' pro רבי *Rabbi, Magister*, ש'נאמר pro ש'נאמר *quia dictum est. &c.*

Geminus verò apex literis inscriptus, notat vel numeros conjunctos, ut: 7 י"ד 14. 5 ט"ו 15. 444 תת"ד. vel literas materialiter acceptas, ut א"לף *Aleph*, ב"ת *Beth*, ג"מ *Gimel*, &c sic ח"ה וכל"ה literæ serviles *Mosche Vecalebh*, ב"כלס *Bachlam* &c. & *Barharas*, ut: כל לשון נבואה המכריז וכל"עו קורין לו פריד"גור. *Vox concionatorem notat; quem vernaculè dicunt Prediger.* ל"ע"ו porro notat לשון עבודה זרה *Linguam Idololatricam seu Ethnicam*, quales nos Christianos habent: Vel denique Abbreviaturas per solas literas initiales, integras voces signantes, quas ראשי תיבות vocant; Harum ingens apud eos est numerus, ut: א"י"ה hoc est א"ס יוצא השם (יעזור) *si voluerit (vel juverit) Deus א"ל פ"ט pro א"ל פ"ט si sic, si verum est, א"כ פ"י ש' pro א"ך ע"ל פ"י ש' Deus benedictus, Deus sanctus benedictus.* ה"ש pro ה"ש *Deus benedictus, memoria ejus sit in benedictione,* ז"ל pro ז"ל *memoria eorum sit in benedictione.* ח"ו pro ח"ו *parce & pax sit, hoc est, א"י"ה pro א"י"ה sunt qui dicunt, א"י"ה pro א"י"ה sunt qui interpretantur,* ל"ל pro ל"ל *est dicere, respondendum est,* י"כ pro י"כ *custodiat eum petra ejus, & redemptor ejus,* כ"א pro כ"א *sed, nisi,* כ"כ pro כ"כ *tantopere.* א"כ"פ pro א"כ"פ *omnibus modis,* כ"ג pro כ"ג *quantiò magis, quantiò minus,* ל"ג pro ל"ג *in honorem*

Dei, ע"ה pro מְקוֹם מִכָּל-מְקוֹם nihilominus, tamen, ע"ד pro
 עַל דְּרָגָה more, in modum. ע"ה pro עָלֵי הַטְּבוֹס super
quo pax, ע"ו pro עֲבוֹדַת זָרָה cultus alienus, idololatria,
 ע"פ pro עַל פִּי ad formam, modum. ע"כ pro עַל צֶדֶק ad
 latus, juxta. ע"ט pro פִּירוּשׁ אֲחֵר expositio alia. ר"ל pro
 לומר vult dicere. Sic ר' אבנע R. Aben. Esra., ר' דק R.
 David Kimchi. ר"ל בנ R. Levi Ben Gerson ר"ח בנ R. Mo-
 se Ben Majemon ר"י R. Salomo Jarchi, vel Isaaci &c.
 quæ etiam abbreviatè & quasi Symbolicè Raba, Ra-
 dak Ralbag, Rambam, Raschi, legunt.

§. 11. Accentuum figuris Rabbīnorum libri de-
 stituuntur. In pronunciandis autem vocibus Ac-
 centum Hebræorum sæpè ex ultima ad penultimam
 retrahunt, sic: בְּרֵאשִׁית בְּרֵאשִׁית בְּרֵאשִׁית Beréschis bē
 Elóhim, אִילֹם הֵבֵא aílom habbo, legunt: nam Vau cho-
 lem ferè ut diphthongum au & vocalem Kametz
 o efferunt.

Distinctionum quoque notas aliquot habent,
 quibus perfectum sensum distinguunt; nam imper-
 fectum non incidunt, & sæpè ne perfectum quæ-
 dem. Utuntur autem in hunc finem vel duobus
 punctis perpendicularibus tanquam Sophpallim
 Hebræorum, quod tamen rariùs & in integris quibus-
 busdam libris ne semel quidem conspicitur; vel
 unico puncto ad summum litteræ instar Coli Græ-
 corum appicto, vel denique virgulâ quâdam rectâ
 vel obliquè instar Accentus acuti Græcorum descen-
 dente; quarum usus etsi frequentior est, sæpe ta-
 men etiam negligitur.

§. 12. Rabbīni puriores Hebræorum vocibus
 communiter utuntur. Habent tamen etiam suas
 quasdam proprias, quas vel ab aliis linguis mutu-
 unt, v. g. à Chaldæis אֵילָן arbor, גְּרָא fortune

דָּוָר *rediiit*, &c. à Græcis ἀήρ *aër*, וַיִּתֵּן *signum*, דָּוָן
donum, פְּדוּט *Idiota*, פְּרַחֲסִיָּה *παρρησία*, פְּרַחֲסִיָּה *apertè*
palàm, &c. à Latinis הוֹסְפִיָּה *hospes* & *hospitium*, פְּלִטִין
 & פְּלִטִין *palatium* &c. vel ab Hebræis quidem, sed in
 Syro-Chaldaeam significationem detortis; ut: פָּרַע
rependit, אֲלִיָּה *ultus est*, סָקַל *sustulit*, פָּרַח *volavit*, דִּמְרָה
destruxit, &c. aut novo planè sensû donatis, ut: מִין
hereticus, טַעַן *argumentando objecit*; Sic tria hæc שָׁמַיִם
cælum, מְקוֹם *locus*, & נְכוּנָה *fortitudo*, sæpe pro *Deo*
 ponunt. Vel denique propriâ quâdam formâ ab
 Hebræis derivatis: Sic innumera Adjectiva in ׀
 vel ׀׀ ab Hebræis substantivis formant, quæ He-
 bræorum more in fœminino ת nudum; in plurali
 integras terminationes ׀ם & ׀ת addunt, ut מְזַרְחֵי
Orientalis דְּרוֹמִי *meridionalis* נְצַחִי *eternus*, הַכְּרָחִי
necessarius. Vide Lex. Rabbinicum Buxtorffii pag.
 973. Quorum fœminina מְזַרְחֵית, Pluralia
 מְזַרְחֵיִם, מְזַרְחֵיִת &c. de quibus vide in §. 30.

§. 13. Servilibus apud Talmudicos annume-
 randum videtur ׀ ex integrâ particulâ קָא vocibus
 expletivè & sine ullo significationis augmento præ-
 fixum, id quod vulgariores Rabbinus, ut Rabbi Lip-
 man & similes, qui purioris styli incuriosi sunt, et-
 iam imitantur, ut: מַי קָעֲבִיד מִשֶּׁה *qui dixit*, מַי
quid fecit Moses? מַי קָס מַעֲלִילִין לִיה *non introduce-*
runt eum &c.

§. 14. Præter præfixa Hebræorum טַעַן וְכֵן (ex
 quibus ט apud puriores Rabbinos, sicut & ׀ apud
 Chaldaizantes adeò frequentatur, ut usum Relati-
 tivi separati, טַעַן & ׀, ferè excluserint) duo alia
 apud Talmudistas occurrunt טַעַן, quod per Patach
 sequente Dages, loco טַעַן, טַעַן, vocibus præfigitur,

& פְּ expletivum, per Kametz accedens, de quo modo dictum est.

§. 15. 16. 17. & 18. Nihil hic peculiare habent. Sicut enim Rabbini puriores Hebræos, ita reliqui Chaldæos, ut plurimum sequuntur.

SECTIO II.

DE NOMINE ET PRONOMINE.

§. 19. Adjectiva Rabbinis plurima sunt à Substantivis aut particulis quibusdam formata, quorum Masculina in ךְ, fœminina in ת desinunt, ut: אלהי divinus, אלהיית divina. Sic: בעלי animalis, אמרי verus, פרטי particularis, גשמי carnalis &c.

ת Servile non modò Fœmininorum in ת, ת & ת desinentium apud Talmudicos & qui hos imitantur, sed & radicale in בית domus sæpe per Apocopen abjicitur, ut suprà monitum est.

§. 20. In restrictione Nominum per Articulum aut statum Emphaticum Rabbini puriores Hebræos, reliqui Chaldæos sequuntur.

§. 21. Motio quoque Masculini in fœmininum eodem modo, ut apud Hebræos & Chaldæos, instituitur.

§. 22. Masculinum Emphaticum & Fœmininum absolutum apud Chaldaizantes, quoties coincidunt, eodem modo, ut apud Chaldæos, ex constructione distinguenda veniunt.

§. 23. Dualem Numerum Rabbini nonnquam per duplex Jod à Plurali distinguunt, ut: שתי duo pedes, שתיים duo &c.

Pluralis apud puriores quoque non raro in Chaldæis

Chaldaica forma desinit, maximè in Participiis, ut: *חַסְרֵיין* *castigationes* *חַסְרֵיין הֵן* *haec prohibita sunt.*

Sic *עֲתִידִין* *hereditatem accipientes*, *קוֹרִין* *vocantes*, *עֲתִידִין* *futuri.* Imò Masculinis Pluralibus etiam foemina terminatio in *ות* & *ן* frequenter tribuitur. Sic à *רב* *Magister*, dicunt in Plurali *רַבּוֹת*. quo tamen nunquam absolutè, sed cum affixis duntaxat uti solent, ut: *רַבּוֹתֵינוּ* *Magistri nostri.* Sic *פְּרִיֹת* *fructus*, *אֲרְבֹּת* *arbores*, *מְזֻלֹת* *sidera*, *פֹּרְטוּנָא* *fortuna*, *מִשְׁפָּטֵי* *verba*, *דְּנִיֹּת* *idem*, *אֱלֹהִים* *Dii*, de Idolis contemptus causa. Eodem modo apud Talmudicos *רַבָּנִין* pro quo apud alios est *רַבָּנִין*. Apud eosdem quoque nova Pluralis forma occurrit in *אֵי*, ut: *קַדְמָאֵי* *priores*, *יְהוּדָאֵי* *Judaei*, *מִצְרָאֵי* *Aegyptii* &c.

Pluralis foemininorum fit, ut apud Hebræos & Chaldæos. Terminatio tamen in *ות* pluralem non tantum in *ות* per Kibbuz, Hebræorum more, sed & per *ות*, per Chireck, formatur, ut: *רְשׁוּתוֹת* *potestates* à *רְשׁוּת* *elegantia* à *צַחֻת*; Sic *גְּלוּתוֹת* *exilia* à *גְּלוּת*.

Sunt etiam quæ Jod extrinsecus assumptum terminationi *ות* præmittunt, ut: *סִימְנֵי* *litera*, ab *סִימְנֵי* *signum*, *לִיטֵרָא* *ad distinctionem* *סִימְנֵי* *quod signa* duntaxat & *prodigia* notat. Sic *פְּרָשָׁת* à *פְּרָשָׁת* *Sectio Biblica*, *מִשְׁפָּטֵי* à *מִשְׁפָּטֵי* *textus Talmudicus*, *מִשְׁפָּטֵי* *ab הוֹרָא* *demonstratio*, *מִשְׁפָּטֵי* *documentum*, *בֵּית כְּנֵסִיָּת* *domus congrega-* *tionum* à *כְּנֵסִיָּת* *congregatio*, &c.

§. 24. Restrictio Pluralis numeri Rabbini eadem est, quæ Hebræis & Chaldæis, per Articulum scilicet vel *ב* emphaticum, ut in singulari.

§. 25. Casus hîc eodem modo, ut apud Hebræos & Chaldæos, distinguuntur. *Genitivus* mirum vel regimine, ut: *בית המשיח* *adventus Messia*, *באים עולם* *venientes in mundum*, id est, *homines*, &c. vel particula *של* aut *ל* ut: *בית יוסף* &c.

Historia Josefhi, *מתיבתא דרקייעה* *Schola caelestis*, *מתיבתי דכתיי* *praefecti Sacerdotum*; nam particulae illae etiam statum constructum frequenter admittunt. *Dativus* per praefixum *ל*. *Accusativus* per *את* vel *ית*, interdum etiam per *ל* Syrorum more. *Ablativus* denique per *ב*, *מ* & similes particulas cognoscitur. De particula *את* notandum, eam apud Rabbinos non semper Accusativum notare, sed interdum absolutè usurpari pro *ipse*, maximè cum suffixo vel praefixo aliquo, ut: *אתו ipse*, *באתו כתיי* *eo ipso tempore*.

§. 26. Regimen tam Singularium quàm Pluralium Hebræos & Chaldæos planè sequitur. v. gr. in singulari, *תשובת המינים* *responsio haereticorum*, *קריאת שמע* *Lectio Schemang*, sive dicti: *Audi Israël*, *קריאת גלות* *poena exilii* &c. In plurali, *מלאכי השרת* *angeli ministerii*, *ימות המשיח* *dies Messia* &c.

Sæpe tamen pro statu constructo utuntur absolute intercedente particula *של* vel *ל*. Quas particulas tamen interdum nec status regiminis repudiat ut mox dictum.

§. 27. Affixa Nominibus accedunt, ut apud Hebræos & Chaldæos. Horum ergò loco formas Nominum Rabbinis proprias exponere placet.

§. 28. Formæ Nominum apud Rabbinos etiam puriores ab Hebraicis nonnihil variant. Nam Substantiva Masculina sunt (I.) formæ *פיקוד* quæ

Pihel derivantur, & ferè actionem significant, ut

דיבור *sermo*, סיבוד *perditio*, טיקוי *potatio*, &c. quibus tamen unum aut alterum in Scriptura simile occurrit, ut: נכור *primitia*, נדוף *blasphematio*. Ex Niphil למוח *animadversio* (2.) הַפְקֵדָה ut: הפקר *commune*, הפנה *divisio*, הפנול *usus, exercitatio*, &c. quæ ex Hiphil descendunt.

§. 29. Fœmininorum formæ sunt (1.) פְּקִירָה ex

Kal: quæ similiter actionem ferè significant, ut: כתיבה *scriptio*, ראייה *visio*, אכילה *esús cibus*, פולסיה *pulsatio*, קריאה *vocatio*, ליעיה *lectio*, זכירה *dictarium*, שתייה *bibitio*, &c. (2.) הַפְקֵדָה ex Hiphil, ut הפלגה

excessus, הפדלה *separatio*, הפתלה *initium*, הפנה *intelligentia*, הפנה *motio*, הפנה *declinatio*, הפנה *plaga*, הפנה *confessio*. &c. cujus formæ ex perfectis nullum, ex defectivis duo, & unum ex quiescentibus in

Scripturâ extant, ut: הפנה *liberatio*, הפנה *agnitio*, הפנה *quies*, (3.) in פתח variæ formæ, prout à Nominibus aut verbis derivantur, v. g. à Nominibus Substantivis הפנה *corporeitas*, הפנה *substantia*, הפנה vel

הפנה *Deitas*, &c. ab Adjectivis הפנה *misericordia*, הפנה *loquacitas* &c. ex verborum Kal. הפנה *ad-*

herentia, הפנה *conjunctio*, *syntaxis*. &c. quorum similia sunt in Scriptura, הפנה *nativitas*, הפנה *fortitudo*, הפנה *gravitas*, הפנה *dilectio*, הפנה *stultitia* &c. ex Hiphil הפנה vel הפנה *substantia*, ad formam Biblicam הפנה *auditus*. Ex Hithpahel הפנה *excusatio*, הפנה *defensio*, הפנה *studium*, הפנה *revelatio*, הפנה *consideratio*, הפנה *intelligentia*. &c. ex Niphil הפנה *deletio*, הפנה *liquefactio* &c.

§. 30. Adjectivorum formæ sunt (1) in פתח, quæ par-

tim ex Kal, partim ex Pihel derivantur, & in fœminino adsciscunt פתח ut: הפנה *prado*, הפנה *raptor*, הפנה *misericos*,

loquax. Sic à Participio נוֹלֵךְ *raptor*, כּוֹעֵס *iracundus*. &c. Fœm. נוֹלֵכֶת *prædatrix*, רַחֲמִית *misericornis*. f. Similia in Biblicis occurunt אֶלְמָן *viduus*, אֶלְמָנִים *acinus*, רַחֲמִיּוֹת *misericornes*. f. (2.) in אֶ"י ex Pihel, ut: זָכָאי *justus*, קָרְאִי *Kareus*, *Scripturarius*, ad formam Biblicam גַּנָּב *fur*. (3.) in י' vel יי' à substantivis, ut: יוֹמִי *diurnus*, גּוֹפִי vel גּוֹפְיִי *corporeus*, לְמוֹדֵי *disciplinalis*, עֵינִי *speculativus*, תּוֹרִי vel תּוֹרֵי *legalis*, אֶרֶצִי *terrestris*, נֶגְדִי *contrarius*, quorum feminina regulariter desinunt in ית' ut: יוֹמִית *diurna* &c.

§. 31. Nomina præ cæteris usitata sunt: אִיפְשָׁר *possibile*, אִי־אִיפְשָׁר *impossibile*, אִמְתִּי *verum*, אֶסוּד *prohibitus*, בִּירוּר & בִּיאוּר *declaratio*, cum præfixo נ' clarè, perspiciuè, כְּדָאִי *mendax*, בִּירוּי *mendacium*, בִּיטוּל *abolitio*, גְּדָא *fortuna*, גְּזָרָה *decretum*; Item *Derivatio Grammatica*: גּוּף *corpus*, פְּסוּל *persona*, גְּנָאִי *turpitude*, גָּס *elatus*, גְּסוּת *elatio*, ut נִסְתָּר *secretus*, רִיחַ *justus*. גְּרָם seu גְּרָמָה *causa*, *corpus*, *ipse*, unde לְנִרְמִי *penitens*, מְדוּיָק *correctus*, דִּיקְדוּק *Grammatica*, מְדַרְשׁ *expositio*, *Allegoria*, חֶסֶד & חֶסֶד *licitum*, הִלְכָּה & הִלְכָּתָה *ratio*, מוֹס *mos*, רִיטוּס *ritus*, חִיבּוּר *cogitatio*, וְדָאִי *confessum*, וְדָאִי *confessio*, וִיכּוּחַ *disceptatio*, וְכּוּחַ *confutatio*, וְסֶחַת *consuetudo*, Talm. וְעֵד *cetus*, וְכּוּחַ *meritum*, זְמַן *tempus*, חִשׁוּשׁ *sensus*, חִיבּוּר *reditus*, חִיבּוּרָה *resurrectio*, חִיבּוּר *exercitus*, חִיבּוּר *profanatio*, מְחֻלּוּקָת *controversia*, חִיבּוּרָה *dissensio*, חִיבּוּרָה *desolatio*, חִיבּוּרָה *vastatio*, חִיבּוּרָה

estimatus טבע natura, טעות error, יכול potens &
Adverbialiter, fortasse, hinc כניכול ut ita dicere liceat,
ישוב orbis, ὀμνμμεν, ישיבה Academia, schola, כוכה
intentio, כלל summa, universum, hinc נכלל generatim,
כולל commune, כרחי coactio, hinc על כרחי invito me,
כרחי necessarius, כת secta, societas, מדה mensura, vir-
tus, mores, conditio, מזל sidus, influentia, fortuna,
מוסף additamentum, כחטז existens, תיאות existentia,
substantia, מצע, אמצע medium, סמך emtio, סנהג
ritus, consuetudo, סבה causa, סיום finis, ספק
dubium, & Adverbialiter dubie, ספק sufficientia,
עברה transgressio, peccatum, עיון consideratio, עלה
causa, occasio, ענין res, significatio vocis, עוסק &
מחזק studens, עסק studium, עקר radix, precipu-
um, fidei articulus, מעשי practicus, פלוגי obitus, פלוני
ὁ δ' αἰνε, fœm. פלוני otiosus, הפסד corruptio,
פירוש versus Biblicus, פירוש Commentarius,
פרשה Sectio legis, seu Biblica, פשוט simplex; item
sensus literalis, צחות elegantia, lepos, ציון signum,
צורך necessitas, צריך indigus, הקדמה prefatio, קרובה
vel קריה lectio, קושיה objectio, הקש Syllogismus, ראיה
argumentum, ראוי conveniens, הרגל consuetudo,
משus, הרגש sensus, רשות potestas, שכינה Maje-
stas,

stas divina, מְשׁוּמֵד *Apostata*, מִשְׁמָע *sensus literalis*, cum præp. כְּמַשְׁמָעו *literaliter*, שִׁתִּיקָה *silentium*, תִּיבָה *dictio*, תִּימָה & תִּמְיָהה *admiratio*, תַּלְמִיד *discipulus*, תַּנְאִי *Doctor Talmudicus*, תְּנָאִי *conditio* & cum præp. בְּתַנְאִי *conditionaliter*, תועלת *utilitas*, תְּקִין *ordinatio*, תַּרְגּוּם *interpretatio*, in specie SS. Chaldaica.

Notandi etiam hîc termini Grammatici, quorum præcipui v. gr. שֵׁם *Nomen*, שֵׁם הַעֵצָה *Nomen proprium*, שֵׁם הַדָּבָר *Appellativum*, שֵׁם תִּסְרִי *Adjectivum*, *concretum*, מְסֻבֵּי *constructum*, כְּנִי *suffixum*, כּוּסַפֵּת *litera adjectitia*, *paragoge*, בֵּת הַשְּׂמֵל *Beth servile*, כֹּף הַשְּׂמֵל *Capitulum conjectura*, וָו הַפֶּסֶק *Vau conversivum*, טַעַם *sensus*, אַצְטוּס *significatio*, *Genus*, *Numerus*, *ut*: יֶדַי *Numerus singularis*, יָדַי *pluralis*. יֶדַי *id.* כֶּסֶף *Genus Masculinum*, כֶּסֶפָה *Genus Femininum*, כּוּסַפֵּת *verbum*, *hinc* עוֹמֵד *verbum Intransitivum*, כּוּסַפֵּת *verbum transitivum*, *vel* עוֹמֵד *verbum transitivum*, כְּנִי *Conjugatio*, עָבַר *Imperativus*, מְקוֹר *Infinitivus*, עָבַר *preteritum*, עָתִיד *futurum*, בֵּינוֹנִי *praesens*, נִסְתָּר *perfectiva*, עֵינַי *sensus*, *significatio*, כָּפַל הַעֵינַי *duo Commata ejusdem sensus*, *Synonymia*. חֶסֶק, טַעַם, פֶּלֶס *forma*, *analogia*, דֶּרֶךְ הָעֵבֶרָה *Metaphoricè*, *Hyperbolicè*, דֶּרֶךְ מִשְׁלַל *per Metaphoram*.

§. 32. Pronomina separata ab Hebraïsmo & Chaldaïsmo parum recedunt.

1. Personalia utrobique sunt generalia.
2. Demonstrativa variè inter se componuntur; sic apud Hebraizantes occurrunt.

in { Sing. וְהוּ *hic est*, וְהוּ *illud est*, וְהוּ *illud ipsum*,
 Plur. וְהוּ & וְהוּ *hi, illi*,

Apud Chaldaizantes magis variant, ut:

in	{	Masc.	{	Sing.	וְהוּ, וְהוּ, וְהוּ, וְהוּ	<i>hic, ille.</i>
				Plur.	וְהוּ, וְהוּ, וְהוּ, וְהוּ	
					& וְהוּ <i>hi, illi.</i>	
in	{	Fœm.	{	Sing.	וְהוּ, וְהוּ, וְהוּ, וְהוּ	<i>hæ, ille.</i>
				Plur.	וְהוּ & וְהוּ	
					<i>hæ, ille.</i>	
in	{	Com.	{	Sing.	וְהוּ, וְהוּ, וְהוּ	<i>hic vel hæ.</i>
				Plur.	וְהוּ, וְהוּ, וְהוּ	
					<i>hi vel hæ.</i>	

3. Interrogativa utriusque Numeri sunt apud puriores præter מַי & מַה hæc composita, מַה *quid?* *quid est?* אִיזוּ vel אִיזוּ *quisnam? qualis?* masc. & אִי זוּ *quisnam? quenam?* Com. לַמַּי *cuinam?* &c. Apud Talmudicos pro Hebr. מַי est מַי *quis? quæ?* pro מה est מַי & מַי Chald. *quid? quæ?* Item אִידָא & אִידָא *quenam?* fœm. Unde Hierosolymitanis est לְיִידָא *propter quid?* וְיִידָא *quid?* Hæc interrogativa sequente Relativo וְ vel וְ vim interrogandi amittunt, & per *is, ea, id*, exponuntur.

4. Relativa Rabbinis eadem sunt, quæ Hebræis & Chaldæis וְ & וְ & frequentius præfixum וְ & וְ antecedentibus non rarò Interrogativis, ut: מַי *is, qui*, וְ מַה *id quod*, וְ מַי *ei qui est*. Sic מַי & מַי apud Talmudicos.

5. Possessiva fiunt ex Relativis & Personalibus intercedente ל Dativi nota, ut: שְׁלִי meum, שְׁלִיךְ tuum, שְׁלִיךְ suum, שְׁלֵכְנוּ nostrum, &c. Etiam cum præfixo מ de, ut: מן לוּ סָלוּ אֶתְּךָ וְאֶתְּךָ מֵאֵלֶיךָ Da illi (Deo) de suo: quia tu & tuum est ipse. Sic Talmudici דִּירִי & דִּירִיךְ meum, דִּירִיךְ & דִּירִיךְ suum, &c.

6. Reciprocum, quod Hebræi per כַּחַס anima, Syri per כַּחַס substantia, Rabbinis, puriores per אֶפְסוֹ os, ossis, Talmudici per אֶפְסוֹ cum suffixo exprimunt, ut: מִן עַמּוֹ לֹא עָמַד דָּוִד locutus est David de seipso, מִן עַמּוֹ לֹא עָמַד מִן עַמּוֹ non habet ex seipso, מִן עַמּוֹ לֹא עָמַד לְגַרְמִיָּה fecit pro seipso, &c.

7. Idem עַמּוֹ & pro eo גוֹף corpus, vel particula אֶת cum suffixo sæpe emphaticè per ipse, ipsa, ipsum reddendum: ut: מִן הַטּוֹעִים הָיָה עַמּוֹ וְאֶתְּךָ etiam ipse Enos inter errantes erat. Sic גוֹפִי ego ipse, תוּ גוֹפִיךְ tu ipse, הוּא ille ipse, &c. בְּאוֹתָהּ שָׁעוּרָה ea ipse hora, מִן הַטּוֹעִים הָיָה עַמּוֹ וְאֶתְּךָ in manum istorum sceleratorum &c.

8. Particularia illa, aliquis, aliquid, quicquam, quæ in Scriptura per אִשָּׁה, Rabbinis per אִשָּׁה & אִשָּׁה sed vix aliter quàm negativè, præcedente scilicet particula negandi, exprimuntur, ut: אִשָּׁה לֹא אִשָּׁה non est aptum ad quicquam. Eodem & אִשָּׁה referendum, licet plus emphasis habeat, & quid solidi, certi & realis denotet.

§. 34. Suffixa Rabbinis eadem sunt, quæ Hebræis & Chaldæis, nisi quod pro Masc. plur. tert. pers. אֶת sæpè fœmininum אֶת, & pro Sing. Masc. secundæ pers. אֶת plerumque אֶת, etiam à purioribus usur-

pantur

pantur Chaldaizantes in tertia Sing. Masculinum
 יהָ à fœminino יהַ per Jod distinguunt, & pro
 eodem Plurali יהִי (Hierosolymitanis) terminatis v.
 in 7 tam Nominibus quàm Verbis, nudum ה suffi-
 gunt, ut: *הָסַכּ כוהנים לעבודתך ולויים לשרת ולזמרתך* re-
duc Sacerdotes ad ministerium ipsorum & Levitas
ad Canticum suum & ad modulationem suam,
 יהָ לֹא תִחַמְדוּ כְבוֹד יוֹתֵר מִלְמוֹדְךָ
ne conaspicias
gloriam majorem, quàm doctrina tua est,
 אָמַר ר' הוּנָא
Dixit Rabbi Huna filius (ejus) R.
 יוֹסֵף אָבִיו בְּנֵי בְנוֹי
Josue: pater ejus, vel Hierosol. בני בניו vel
filii ejus, occiderunt eum, &c.

Pluralia porro בון, פין, הון, סין, ספissimè Nun per
 Apocopen amittunt, ut: *בְּכוֹ in vobis, לְכוֹ illis,*
סֵלְוּ solvunt illos, &c. quæ in Talmude frequenter
 per geminum Jod יי accedunt ut: *עֲלֵיכוֹ super vos.*
בְּכַרְיֵיכוֹ caro vestra, אֲסִרְיֵיכוֹ astrum eorum, &c.

§. 35. Tria אב pater, אח frater, סב socer,
 suffixa accipiunt Hebræorum & Chaldæorum mo-
 re, ut: *אָבֵינוּ pater noster, אָחֵי & סָבִיב frater ejus,*
&c. Numerali תרין duo Talmudistæ in suffixione
 Vav mobile inserunt, ut: *תְּרֵינָן duo illi.*

§. 36. Particulæ recipiunt suffixa, ut apud Hebræos
 & Chaldæos, nempe more Nominum, vel.

1. Singularium, ut: *אֲדֵיבִי ad eum, אֲדֵיבִי ab illo,*
קִרְבָּנְךָ coram te, קִרְבָּנֵי קִרְבָּנֵי coram eo, קִרְבָּנֵינוּ coram nobis, &c.

2. Pluralium, ut: *קִרְבָּנֵי אֲנִי ante me, קִרְבָּנֵי אֲנִי & קִרְבָּנֵי אֲנִי ante eum,*
עֲלֵיכוֹ super nobis, אֲדֵיבִי à vobis, אֲדֵיבִי ab
illis, &c. Pro ה Præpositionis תן in Talmudicis etiam
 invenitur, ut: *תן תן pro תן à te, sic תן תן ab illo, &*
תן תן ab illa.

SECTIO III.

DE VERBO ET PARTICULIS
SEPARATIS.

§. 37. In Verborum formatione Rabbinum Hebraeorum & Chaldaeorum vestigia premunt. Hebraei tamen & proprias quasdam formas, quas breviter suo loco annotabimus.

Ac primo quidem præter consuetas Conjugationum formas peculiarem ex Niphah & Hithpahel finxerunt quæ *Nithpahel*, appellari potest, & plerumque Passivè, interdum etiam Activè seu Neutraliter significat: ut: כתיסר castigatus est, כתרסו renovatus est, כתרסו elatus est, כתרסו tentatus est Abraham, כתרסו confirmati sunt, כתרסו polluti sunt &c. quæ Passivè sed כתרסו vaticinatus est, כתרסו precatus est, כתרסו voluit, complacuit, כתרסו וכתערסו deliciati & voluptati sunt &c. Activè significant. Utuntur hinc etiam locum sibilantium transpositione & mutatione literarum: ut: כתרסו נפולו ex quo *mortui sunt Prophetae posteriores, ablati sunt Spiritus Sanctus ab Israele.* Sic כתרסו pro כתרסו obvenit, כתרסו pro כתרסו indiguit, necesse fuit, (pro quo etiam כתרסו & כתרסו Niphah & Hophal usurpant) כתרסו jussus est, כתרסו כתרסו jussi sumus non punctare *librum legis.*

§. 38. Circa mutationem puncti terminalis Tabernaculi Chaldaismum sequuntur.

§. 39. In flexione tamen Præteriti affirmantem tamen tertiæ Sing. Fœmininæ, quàm primæ, ut & ex affirmante secundæ plur. masc. per Apocopen plerumque tollunt, mutatâ etiam nonnihil punctatione.

tionem, ut: שָׁמַעַי pro שָׁמַעַיְתִי *audiui*, עָבַדְתִּי pro עָבַדְתִּיךָ *feci*. Sic קָבַלְתִּי *portavi*, וָעָמַדְתִּי *venire feci, adduxi*, יָרַעְתִּי *juravi*, &c. A quo §. fœminina non nisi interposito ם distinguitur, ut: אֲתוּסַת pro אֲתוּסַתִּי *inquinata fuit*: quæ Apocope tamen in Verbis לִי, quàm in aliis, frequentior est. Abjectio autem ך à secunda plurali constantior est, ut: שָׁמַעְתֶּם *dixistis*; הוֹדַרְתֶּם *admonuistis*, &c. ת tamen abjectum cum suffixis redit, ut: קָבַלְתִּימָה *sustuli eum*, &c.

§. 40. Participia Rabbini eadem sunt, quæ Hebræis & Chaldæis; In flexione verò pluralis etiam puriores Chaldaicam terminationem amant, ut: בֵּית דִּין גָּדוֹל אֲלֵמִין וְדוֹרְשֵׁין וְמוֹקְרִין *Domus Iudicii magni (Synedrium) delegantes, inquirentes, perscrutantes* sc. erant: תַּפִּלַּת יִשְׂרָאֵל מִתְפַּלְלִין בְּכָל מְקוֹם הֵן כְּמִתְפַּלְלֵי טְהוֹרָה *omnes preces, quas Israelita precantur, in omni loco, sunt instar oblationis mundæ.*

§. 41. Infinitivus per omnes Conjugationes, præter formam Hebræam & Chaldæam, apud Talmudistas etiam in ך paragodicum terminatur, præcedente plerumque cholem, v. gr. in Kal קָבַלְתִּי *occidere*, in Hiphil אֲבַרְכֶּנּוּ *proclamare*, אֲבַרְכֶּנּוּ *ad excludendum*. In Hithpahel אֲבַרְכֶּנּוּ *ad intelligendum*, Sed אֲבַרְכֶּנּוּ *ad ponderandum*, sine cholem ex Pihel.

§. 42. Imperativus ab Hebræorum & Chaldæorum forma non recedit.

§. 43. In Futuri flexione Rabbini Hebræos & Chaldæos imitantur per omnia. Vav tamen conversivum Hebræorum, nec in Præterito, nec in Futuro agnoscunt. Interim Futurum præfixo ל sæpè pro Infinitivo usurpant, tam in Singulari, ut: לִיכְתוּב

scribere, ליקח *sumere*, ליתן *dare*, ליקח *accipere*, לירש *scire*, לילך *ire*, &c. quàm in Plurali, ut: לירשננו *ne commisceantur*, quòd tamen rariùs; quia Singularem etiam pro Plurali utuntur, ut: לירשנו *sumere agnum*. Adeò etiam Infinitivum proprium ei tanquam vero Infinitivo copulent, ut: לירשנו ולירשנו, *quorum consuetudo est ire & nocere*.

§. 44. Passivorum præformans את & נת literam sæpe omittit, non tantum ante literam ejusdem organi, ut: נתפח à תפח *convuluit*, נתלדל *attenuatus est* &c.

Sed etiam ante quascunque alias, ut: נתברר *creatus est*, נתראה *visus est*, נתמסר *traditus est*, נתקלע *perveni*, נתקלעתי *per me*, &c.

§. 45. Puriores Rabbini etiam Participio Præterito Chaldaicæ formæ Pehil, sed rariùs, & non nisi certis verbis uti solent, ut: כתוב *scriptum*, נראה *videntur* &c. Aliàs Hebræorum forma Participii ipsa est ordinaria, ut: כתוב *scriptus*, אמר *dictus*, v. g. אמר *de quo hæc verba dicta sunt*.

§. 46. Ad secundam Conjugationem verba quadrata pertinent, ut: עבד *subjecit*, חרה *cogitavit*, נראה *imaginabimur*, נלדל *attenuavit*, נקלע *subtiliter differuit*, נערכ *confudit*, &c. Ad distinguendum porrò Pihel à prima Conjugatione, puriores matrem lectionis inserunt, ut: פיקר *præfecit*, נאמר *locutus est*, נשבר *fregit*, נגידף *blasphemavit*, נגלה *revelavit* &c. Sic Pyhal per Vav indicatur, ut: נחומר *doctus*, נחוכר *honoratus est*, &c. In quibus tamen Kal inultum, Jod ferè negligitur, sic promiscuè scribitur נאמר seu נאמר, quàm נאמר *præcepit*.

§. 47. In tertia Conjugatione Talmudistæ, ut in multis aliis, nunc Hebræorum formam Hiphil, ut

Chaldæorum Aphel promiscuè utuntur. Puriores verò, Hebraisimi tenaciores, Activam Hiphil & Passivam Hophal per matres Lectionis Jod & Vav, vocalium Chireck & Kametz chatuph indices, distinguunt, ut: *זכיר* *memoravit*, *זוכר* *memoratus est*, *אדמוני* *admonuit*, *מואני* *admoniti*, *חרכי* *composuit*, *מרכי* *compositum*, vox Grammaticorum.

§. 48. Verba Defectiva indolem Hebræam & Chaldæam retinent; Ita Verba פ"נ, Nun, Schevatum abjiciunt, & præcedente servili, per Dages compensant, ut: *אטל* *tollam*, *הטל* *abjecit*, *היר* *permisit*, *היר* *permissum*, *לית* *licitum*. Sic *לאתי* *ad adducendum*, *לאתי* *ad excludendum*, excepto &c. aliàs sine compensatione, ut: *טל* *accipe*, *טל* *tolle*, &c.

§. 49. In Verbis Geminantibus Ajin Talmudistæ Participium Benoni per duplex Jod in medio scribunt, ut: *עיר* *ingrediens*, *כיי* *se incurvans*. Sic in Infinitivo Jod interponunt tam in Kal, ut: *לעיר* *ad ingrediendum*, quam Paël, ut: *לעיר* *ad introducendum*.

§. 50. In Quiescentibus prima Aleph puriores Rabbinii nihil habent anomali, nisi quòd in Kal Infinitivum ab *למי* vulgariter per *למי* exprimunt, ut: *למי* *quasi diceret*, *למי* *vult dicere*, cui simile in Talmud Hierosol. *למי* *edere*. Talmudici aliàs Syro-Chaldæos sequuntur, & in quorundam Imperativo Kal abjecto, ut: *זל זלו זלי*, ab *זל* *ivit*, *זל* ab *זל* *venit*, unde Infinitivus *זלי* & *זלי*. In Futuro & retinent, vel, quod usitatius, in Jod mutant, ut: *זל* *peribit*. In Aphel communiter Vav, Hierosolymitani Jod amant, ut: *זל* *vel* *זל* *cibavit*; Sic *זלי* *vel* *זלי* *adduxit*, quòd Jod constanter servat. Interdum Aleph occultatur, & quidem in Paël, ut: *זלי* *docens*, ejusque Passivo Ithtaphal, ut: *זלי* *sanatus sum*, &c. Verbum

אָרָא apud Talmudicos præter mutationem primæ radicalis tertiam quoque plerumque amittit, substitutor ב, ut: אָרָא אֵיךְ & dicam, אָרָא דִּיקָא, אָרָא דִּיקָא, &c. Sic Participium אָרָא & cum פ expletivo אָרָא פִּי דִּיקָא דִּיקָא *ego*, seu *dico*. Infinitivus אָרָא דִּיקָא; In Passivo אָרָא manet, sed פ supprimitur, ut: אָרָא דִּיקָא *dictum est*. Nam אָרָא non est Passivum, sed Participium cum Verbo Substantivo, pro אָרָא אֵיךְ *est dicens*, seu *quidam dicit*.

Quæ secundam radicalem פ habent, & apud Hebræos & Chaldæos analogæ sunt, apud Rabbinos, imprimis Talmudistas, suam quoque peculiarem Anomaliam habent. Aleph illud vel in Jod convertentes, vel prorsus abjicientes, ut: אָרָא פִּיךְ pro אָרָא פִּיךְ *hauriendo hauriens*. Sic אָרָא פִּיךְ, אָרָא פִּיךְ, אָרָא פִּיךְ vel אָרָא פִּיךְ *rogatus est*, neglecta sibilantis transpositione, pro אָרָא פִּיךְ, quam formam Glossæ in margine adnotarunt; In Hiphil אָרָא פִּיךְ Rabbiniçè & אָרָא פִּיךְ Talmudicè, *mutuo dedit*, unde אָרָא פִּיךְ *commoda nobis*. Sic à אָרָא פִּיךְ *relictus fuit*.

§. 51. Verba Quiescentia prima Jod Hebræorum & Chaldæorum formam ferè sequuntur. Infinitivus per præfixum ב, hîc longè frequentissimus est, ut: אָרָא בִּיךְ *scire*, אָרָא בִּיךְ *ire*, אָרָא בִּיךְ, & juxta Talmudicos אָרָא בִּיךְ *sedere*.

§. 52. Quiescentia media Vav apud puriores Hebræorum formam ferè observant. Infinitivus tamen cum ב hîc quoque non infrequens est, ut: אָרָא בִּיךְ *judicare*, אָרָא בִּיךְ *venari*, &c. אָרָא בִּיךְ *judicatus est*, & אָרָא בִּיךְ *condemnati*, videntur ex formâ Nithpahal esse, פ obsequentem cognatam absorpto. אָרָא בִּיךְ *venit*, fœm. ex Hebraicâ & Chaldaicâ formâ conjunctum videtur.

Talmudistæ propiùs ad Chaldaismum accedunt. Sic Participium Benoni mutat, in פ vel א, ut: אָרָא בִּיךְ *judicans*.

רַיִס *parcens*. Verbum קוֹס *stare*, peculiari Anomalia Mem in Benoni Kal, & forma Aphel, per Apocopen abjicit, ut: קָיִס pro קוֹס *stans*, קוֹסֵי *statuit*, v. gr. קָיִס לְקַעֲלָה *non stat ad superius*, i. e. non refertur ad præcedens. Participium plurale formæ Pahel in וֹ finitum occurrit, ut קְשֻׁרֵי *cantantes*; Infinitum Aphel interdum Syrizat, ut אִתְּרִיבִי *irridere*.

§. 53. Quiescentia tertia in ט & ה, diversissima licet apud Hebræos, à Rabbiniis sæpe pro iisdem habentur, & ט tam mutando quàm abjiciendo eodem modo, ut ה Hebræorum, tractant, ut: יָתָה בַּת קוֹל *egressa est filia vocis*, pro יָתָה. Sic תָּיִבֵינוּ *invenimus*, קוֹרֵין & קוֹרִים *vocantes*, קוֹרֵי *vocatus*, &c. Infinitivus in ת ut: לְקָרִית pro לְקָרִי *vocare seu legere*, כְּבָרֵינוּ pro כְּבָרֵינוּ *creati sunt*, &c. sæpè etiam Chaldaizant, ut: יָתָה *egressa est*, כְּעָשִׂית *facta est* &c. In futuro frequens est forma יִרְיָה *sit, erit*, ut: יִרְיָה אִדָּם *perpetuò sit homo timens cælum*, hoc est, Deum. In tertia plurali interdum Aleph interserunt, ut: תִּלְשֻׁוּהוּ *suspenderunt illum*, אִתְּיָאוּ לֵיהּ *attulerunt illi*.

Talmudistæ Verba hæc Chaldaicè in Jod terminant, ut: וִידִית *vidit*, רִדִי *letatus est*, רִכְנֵינוּ *docuerunt Magistri nostri*, frequenter affirmantem ת tam in tertia singulari fœm. Præteriti, quàm in prima ejusdem abjiciunt, ut: הוּאֵי *fuit*, fœm. & *fui*, com. קָיִסֵי vel קָיִי *acquisivi*; הוּאֵי tamen etiam pro Imperativo Sing. fœm. invenitur, & habet aliquid Syriaismi. Futurum quoque & Participium Chaldaicam formam habent, ut: אֵל תִּקְרֵי *ne legas*, יִיִּי *vivat*, כְּרֵי *erimus*, תִּרְיִי *eris*, fœm. מְלִיךָ *implentes*, תִּנְךָ *docentes* masc. terminationis fœmininæ. Infinitivus cum Jod paragogico, ut וִידֵי *videre*. Participium Aphel plur. masc. in Vav cholem, ut suprà in Pahel אִתְּיָאוּ *adducentes*.

§. 54. Compositio Pronominum cum Particulis apud Talmudicos frequens est, ut: דרכא recordans ego, recordor, ככרינן putamus, קטלינו occidimus, תיכין possum, ידענא scio, תיכין docemus, אמרנו dicitis, &c. quibus contractis interdum Pronomina separata superaddunt, ut: עבדינו אתן facitis vos &c.

§. 55. Affixa Pronomina Verbis more Hebræorum & Chaldæorum ferè accedunt. His ergo prætermisissis de Verbis & Particulis Rabbinorum peculiaribus nonnulla adjungere non inconsultum videtur.

§. 56. Præter voces Hebræas multas Rabbinici Chaldæis mutuò sumunt, ut: שור rediit, &c. aut Hebræis Syro-Chaldaicam significationem imponunt, ut: רעפד rependit, ultus est, קלט sustulit, וולט voluit, פתרו destruxit, &c. aut Hebræis novam significationem ex ingenio affingunt, ut תען argumentum objecit, &c. Præcipua verò & frequentiora apud eos sunt sequentia: איכא est, sunt, ליכא non est, אית, in Talmud. איתא idem, איפשר possibile est, אי אפשר impossibile est, ככל frui, ברט comminisci, גרם causam esse, גרם legit, didicit, דוק accuratè consideravit, קקק idem, הררה cogitavit, imaginatus est, תחילי capti, תוהיר admonuit, תוהיר admonitus est, זכה mereri, זכניum esse, סבר composuit librum, סוה Talmud. conveniens fuit, שור revertit, טעה erravit, ייאש & שחח diffusus est, dubitavit, יחד unum fecit, unde se Judæi vocant, אום התיקדים Populus unientium, quia unitatem personarum in Deo statuunt. כון attendere, נכנס ingredi, כפר abnegavit, לקס vapulare, יתעלם eclipsin pati, חסל condonavit, בטל tollere, חסל capere, חסל permisit, סבר putavit, opinatus est, סיים finire, סיים convenire, consentire, עיין inspexit, סתם numerare, נכסר mortuus est, נכסר perditus est, נכסר didicit

dedit, פקד *præfractè negare*, כירט *exposuit*, זיין *signare*, כרך & פוכך *opus habuit*, קבל *accepit*, איקלע *advenit*, se *recepit*, Talmud. תפס *objecit* disputando, ברניל *assuefecit*, רמ *indicavit*, קל *ferre*, portare, accipere, sequente ו *auferre*, לא יתכן *non convenit*, תפס & תפי *tradidit*, docuit, תרנס *transtulit*, in linguam inprimis Chaldaeam &c.

§. 57. Particulæ Rabbīnorum triplices sunt, aliæ nativæ & propriæ, aliæ ex Nominibus & præfixo compositæ, aliæ per subsequens *ע* vel *ו* supplendæ. Primæ classis præcipuæ sunt *כי* ex Hebr. *non*, *אלא* *sed*, *nisi*, ex Græco *ἀλλὰ*, *אפיילו* *etiam*, *etiamsi*, *על פי* sequente plerumque *ע* *etsi*, *quavis*, *ברניל* *propter*, *הואיל* sequente *ו* *postquam*, *quandoquidem*, *היאך* *quomodo?* *הכי* *sic*, *itā*, *הרי* *ecce*, *certe*, *nonne?* *וכי* *et* *quid?* interrogativum, *חור* *circum*, *יותר* *magis*, *כבר* *jam*, *כנון* *quasi*, *sicut*, *כך* *sic*, *ita*, *unde* *כך* *נין* *interea*, *כל כך* *aded*, *כמו* *sicut*, *לכך* & *לפיכך* *idcirco*, *ergo*, *בלבד* *solum*, *מחמת* *propter*, *עדיון* *hactenus*, *hucusque*, *עכשו* *modo*, *nunc*, *מעכשו* *posthac*, *פחס* & *פחס* *simpliciter*, *absolutè*, *קודם* *ante*, *שוב* *rursus*, *amplius*, *חזק* *fortassis*, *si fortè*, &c. Secundæ classis sunt: *ברוי* *dilucidè*, *in confesso*, *במהרה* *festinanter*, *בפרט* *speciatim*, *in particulari*, *כמו* *sicut*, *לפי*, *על* *propter*, *propterea*, Talmud. *על* *omni*, *על כל פנים* *idem*, *על כל פנים* *omni*, *modo*, *לפי* *secundum*, *pro ratione*, *לפעמים* *interdum*, *מיד* *statim*, *confestim*, *מכל מקום* *nihilominus*, *מפני* *propterea*, *על* *juxta*, *כך* *quomodo?* *בהדיא* *clarè*, *manifestè*, &c. Tertiæ classis sunt: *אשר* & *אשר* *dum*, *donec*, *postquam*, *כדי* *ut*, *aded* *ut*, *ע* *postquam*, *quum*, *לפי* *quia*, *quod*, *ע* *propterea* *quod*, Talmud. *יד* *idem*, *ע* *donec*, *ע* *קודם* *antequam*, *ע* *cùm*, *quando*. Talmudicæ porro ex Targum maximam partem

petitæ, quibus tamen & alii, sed parcius, utuntur
 ſunt: אֲדַרְבָּא vel אֲדַרְבֵי è contrario, שׁוּ propter, pro-
 pterea, אִי vel אִין ſi, repetitum, ſive, אִךְ quomodo, ſicut
 אִיכּה ubi? ubinam? אִלּוּךְ ultra, אִלּוּךְ deinceps, אִמּוּ
 quando? אִלוּ ſi, אִלוּ quasi, אִלּוּכּוּן ſiquidem, אִלּוּ
 itaque, profectò, אִלּוּלּוּ & אִלּוּלּוּ ſi, niſi, אִלּוּךְ etſi pro
 vulgari אִלּוּ אִיכּה propter, אִלּוּךְ in, vel inter,
 repetitum, אִמּוּ, אִמּוּךְ, אִמּוּךְ ſeu, אִלּוּךְ foras, extra, אִין
 prater, אִין ſeu אִין אִין juxta, apud, אִין intus, אִין inprimis,
 maximè, אִין אִין non præciſè, non ſimpliciter,
 אִין אִין ne fortè, ne quando, אִין אִין ecce, ecce ego, אִין
 ubi, ubinam, אִין ſive אִין אִין dum, donec, אִין tunc,
 אִין & אִין ſicut, אִין אִין ubi? unde? אִין ſequente
 אִין vel אִין utinam! אִין אִין illuc, alibi, אִין vel אִין ſicut, è re-
 gione, coram, אִין nunc hucusque, אִין non, אִין prater,
 excepto, אִין אִין vel אִין ultra, אִין vel אִין supra,
 ſupernè, אִין אִין unde? אִין etiam, אִין aut etiam, אִין
 אִין ante, ex quibus duo priora ferè cum affixis
 uſurpantur. אִין אִין rursus, אִין אִין iterum, אִין
 Hieroſolym. pro אִין sub, אִין ibi, אִין vel אִין idem
 quod אִין cum, quando, poſtquam.

§. 58. Habent etiam Rabbini peculiareſ quas-
 dam loquendi formulas, uſu obſervandas, ut: אִין
 אִין caro & ſanguis: id eſt, homo mortalis, אִין
 inopinatò, quaſi per abreptionem mentis, אִין אִין &
 אִין ipſe contextus
 refutat, ut: אִין אִין & id genus alia. Etiam ſingula-
 riter ut: אִין אִין. Sic אִין אִין crux Chri-
 ſti, quaſi ſtamen & ſubtegmen; Ita Nizzachon ſta-
 men & ſubtegmen (volui dicere Creutz) Germanicè)
 manibus ſuis.

§. 59. Suas

§. 59. Suas quoque Masora, seu Critica textus sacri notas & voces habet, à vulgaribus nonnihil abeuntes. Sic (1.) in designandis numeris utuntur literis juxta §. 10. quas etiam legendo exprimunt, ut א Aleph, hoc est, unum, ב, 2. &c. Pro ל triginta plerumque integrè scribunt & legunt למ distinctionis gratia, pro ל"ל 39. scribitur, εὐφρησίας ἐνεκα, ל"ט quia vox לט maledicere notat. Sic pro ט aliquando ון reperitur. Millenarios per finales suppleunt, ut: ל"ד אכלד, id est, 1534. quot sunt versus Geneleos. Vide Alting. Fundam. (2.) Compendii causa voces ut plurimum decurtant, ut: אורי' vel אורי' pro אורייתא lex, בט' vel בטע' pro בטעם cum Accentu; כתיב' in Hagiographis, כלי' vel כליט' in hac significatione, vel locutione; בת' in medio, בכני' in Prophetis, ככפ' vel ככפ' in hoc libro, ככד' in sectione, vel hac sectione, כק' in Scriptura, כקו' in lege, כתי' in duabus formis vel significationibus. דל' vel דלו' quod in lege. דג' Dages, vel pl. Dagesfata, דחכ' quod defectivum, דכו' vel דכו' quod ei simile, vel pl. quæ eis similia, דתי' similes sunt, דכני' quæ putantur, דס' quod conjunctum, vel. pl. quæ conjuncta, דכפ' libri hujus, דקרי' quæ leguntur, ו' & unum, vel & Aleph וכו' & cetera, וחס' & defectivum, vel pl. & defectiva, וי' & signum, symbolum, locus Scripturae, etiam pl. & signa, כו' vel כול' omnia ista, & cetera, חל' plenum, חל' דל' plenum pleni, id est, omni modo plenum, etiam pl. omnia plena, חלעי' penacutum, חלכ' acutum, חי' signum, Symbolum, vel liber, & pl. signa loca, exempla ipsorum, חופ' finis ipsorum, חסו' versus, חס' Patash, vocalis, etiam pluraliter. קי' Kametz & pluraliter, קרי' Scriptura Sacra, קי' lene sine Dages, etiam pl. קי' principium ipsorum.

(3.) Utuntur etiam initialibus literis pro ipsis vocibus, quæ Abbreviaturæ ראשי תיבות proprie vocantur, ut: א"ב Alpha Bethum, א"ב"ב in Alphabeto

ו"ב, ז"ב, ח"ב, unum in lege, unum in Prophetis, unum
in Hagiographis, פ"ב unum defectivum, מ"ב unum
plenum, פ"ב Job, Proverbia, Psalmi, ז"ב Lex,
Propheta, Hagiographa. ח"ב Athnach, Sophpafuck
sive Sylluk, פ"ב unus versus Symbolum est, ב"ב
Exodus, & cum servili ב"ב in Exodo, ו"ב & exo-
dus. ב"ב Ben Ascher, ז"ב Bethbeth, vel duo duo, de
binis vocibus, quæ aliquid simile, vel dissimile ha-
bent; Sic מן ב"ב ex binis ejusmodi libris. ב"ב excepto
uno, ז"ב exceptis duobus, &c. ז"ב Ben Naphthali, ו"ב
auxilio Dei, ג"ב id est, tres tres, ut proximè in
Bethbeth. ז"ב liber Chronicorum, Daniel, Esra,
etiam cum copula ז"ב . ז"ב liber Chronico-
rum, Psalmi, Ecclesiastes, Esra, ז"ב voces,
ז"ב, ז"ב, ז"ב, ז"ב, ז"ב, ז"ב, ז"ב, ז"ב, ז"ב, ז"ב, ז"ב, ז"ב,
Jekutiel, Sacerdos filius
Jehuda, ז"ב sunt libri, ז"ב sic scribitur, ז"ב tota Scri-
ptura. ז"ב non est, non extat amplius, ז"ב non legitur
Aleph, ז"ב traditum est supra, ז"ב Deuteronomion,
ז"ב medium versus, ז"ב aliud exemplar, ז"ב Prophe-
ta, Hagiographa. ז"ב videtur mihi, ז"ב liber alius,
& pl. libri alii, ז"ב finis versus, seu Silluk, ז"ב liber
legis, item finis vocum, seu, ultima litera, ז"ב
hucusque verba ejus, ז"ב vide illic, ז"b versus, ז"b
quinque versus, ז"b opus habet consideratione, etiam
cum 1 servili, ז"ב . ז"ב . ז"ב legitur, item, Scriptura, ז"ב
est Symbolum vocum, ז"ב, ז"ב, ז"ב, ז"ב . ז"ב principii
capitis, ז"ב principium versus, & pl. principia ver-
sum, ז"ב nomen filii hominis, id est, Nomen pro-
prium. ז"ב Symbolum quinque Patriarcharum Seth,
Japhed, Lamech, Noah, Eber. ז"ב ז"ב Symbolum or-
dinis vocum, ז"ב non perdam, & ז"ב ז"ב non fa-
ciam (ubi ז"ב notat vocem ז"ב & ז"ב vocem ז"ב que
quint-

quinquies juxta Symbolum illud se consequuntur. Gen. 18.) ת"ל *Lex Sacerdotum*, id est, Leviticus, ת"ל *Dua significationes*, ת"ל *Lex*, *Propheta*, *Hagiographa*, ת"ל *duodecim*, sc. Prophetæ minores. (4.) Adhæc multis vocabulis Grammaticis utuntur, alio planè sensu, quàm in communi Lingua, vel apud alios Scriptores sumuntur, tum etiam Chaldaicis quibusdam & aliis minus vulgò notis, quorum integrum Alphabetum in Tiberiade sua Buxtorfius exhibet: quæ nos brevitatibus causa omittimus.

